Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omnia sculptilia deorum eius contrita s̃ in terram; tritura mea et filius areæ
meæ. quæ audiui a dño exercituum dño israel adnunciauit uobis. Causas
reddit superioris formidinis quare angustia possederit eum sic par
turientem. et corruerit audiens et pterritus sit. ac tenebroso terrore
circũdatus. Hæc ingit dñs dicens m. Vade et ĉstitue speculatorem. ut
spiritu prophetali tibi scriptura pnunciet. Quem cum posuissem in speculam
uidit uenientem bigam et aurigam desup. asinumq. et camelum currum
trahere. Significat autem cyrum persarum regem atq. medorum cum paruo
magnoq. imperio uenientem. Persis enim ante cyrum ignobiles erant.
et nullum int gentes locum habebant. Medi semper potentissimi. Iste
igitur unus ascensor duarum gentium fultus exercitu uenit extra baby
lonem. et speculator ille iam positus erat ut uentura prospiceret. clama
uit quasi leo. siue ipse prophetia appellat leo. et iam dubium erat de persona
speculatoris qui cyrum uiderat ascendentem. ipse exponit manifes
tius. et ait. Super speculam dñi ego sum stans iugiter per diem speculatorem
dñi se esse pnuncians. qui semper positus in officio prophetali et die; ac
noctis dñi parens imperio. quacumq. iusserit loquitur. Ita igitur clamauit leo.
ecce iste uenit ascensor. uir bigæ equitum. hauit dubium quin cyrus in
dicet. et respondit. et dixit. Ipse leo iam super clamauerat; cecidit ce
cidit babylon. et omnia sculptilia deorum eius contrita s̃ in terra. Vastan
te enim ascensore bigæ. babylon usq. in æternum deleta est. et belis
templum omnesq. idola usq. ad solum strata. Quod autem sequitur tritura
mea et filius areæ meæ. ad uerbum apostropham facit. et ad templum
quod in area orne situm est. dicit ad eum. O uerbum et pplie filium templi
mei. nunc tibi uidetur incredulum esse quod dixi. Non enim sunt mea uerba
sed dñi. et pos meum uerba resonarunt. Quid putant hoc non ad uerbum
sed ad babylonem dici. de qua et super. babylon dilecta mea posita est